burandit et nullus allemanie principum propter metum aliquis alemanie seu romani regni
regimen assumere vellet / qui propter imperatoris et suorum contra eam fovebat / Et medio tempore
in partibus almanie et aliarum circumiacentium per diversos spoliatores viarum et nobiles ipsius terre
fuerunt insolencie perpetrate quam plurime tempore gregorii pape x. apud quem per diversos almanie nobiles
et alios tunc sentes / sepe et sepius querimonia super tanta importunitate utebantur / Inito consilio
precepit principibus alemanie electoribus dumtaxat / ut de romanorum rege sicuti sua ab antiqua
et approbata consuetudine interat providerent infra tempus eis ad hoc a papa Gregorio statutum
alias ipse de consensu cardinalium romano imperio providere vellet desolacionis / Mandato autem apostolico
viso ab ipsis principibus et recepto Convenerunt apud frankefurt / de electione romanorum regis tractaturi
Qui utique electores / diversis inter se tractatibus habitis / non poterant de electione concordare / reducentes
ad invicem memoriam universorum nobilium / per omnem girum alemanie regionis / Tandem — Rudolphus eligitur
et ultimo concordant in dominum rudolfum comitem de habesburg eligendum in romanorum regem
Et sic ipse absens et ignorans concorditer fit electus. Anno domini M.CC.lxxiii. Electione sic facta
ipsi principes strenuum militem burggravium de norenberg pro ipso rudolfo ad civitatem basiliensem
quam tunc cum magno exercitu possidebat / miserunt / qui veniens ad rudolfum veritatem seu cunctam
rei geste exposuit / Audiens autem episcopus basiliensis rudolfum nuncius quod factum est / se percuciens
ad frontem dixit / Sede fortiter domine deus / vel locum tuum occupabit rudolfus / Rex igitur
rudolfus / de prosperitate sua gaudens / cum magnatibus illarum parcium / et regina sorore Alberti
de hohenberg aquisgrani per suam coronacionem egregie est perfectus. — Hic rex totam almaniam
pacificavit / et omnes spoliatores terre expulit / et tot bona fecit / quod eius gesta speciale
librum requirunt / Regnavit autem annis xviii. — Cui successit Adolfus comes de nasowe
qui regnavit annis sex vel viii. secundum aliquos / Eodem tempore videlicet anno domini M.CC.lxxxvi. — Sinesheim destruitur
Cuno de berghein miles proscriptus oppidum imperialem in alsacia elatus / Cunrado de lichtenberg
episcopo argentinensi ac civibus diversa dampna intulit / quare idem episcopus ac cives argentinenses / oppidum Cunonis
sewinsheim destruxerunt / et lapides quadratos ad constructionem oppidi lichtenowe traduxerunt / — Lichtenowe construitur
Eodem tempore / Rex adolfus colombariam que contra fidelitatem fecit rebellantem obsedit / in quo oppido — Columbaria obsidetur
inter alios tunc fuerant episcopus basiliensis / et multi barones de lichtenberg et rappoltzstein et alii
episcopi argentinensis consanguinei / qui per quosdam plebeios porta de nocte aperta regi effugiunt / Finiendo quod
multi sunt comprehensi / inter quos Anshelmus de rappoltzstein vix decollacionem evasit / Hunc rex
per ducem austrie iuxta wormaciam in quodam conflictu occiditur / Et idem albertus dux — Annus jubileus
austrie occisor in regem eligitur anno domini M.CCC. Eodem anno bonifacius papa viii
statuit annum jubileum quod tamen cum nunquam aliquis attemptavit / in quolibet centesimo anno / quia primus
jubileus fuit anno domini p.ccc. / Clemens vero sextus papa / considerans quod pauci propter vite brevitatem
valent ad annum centesimum pervenire / ad quinquagesimum perduxit / Qui primus fuit anno M.CCCL.
Iste rex albertus cum ix annis regnasset / apud Rinvelde occiditur per iohannem ducem austrie filio sui fratris
qui occisores permissione divina omnes mala morte moriebantur / — Heinricus comes de — Heinricus rex
lutzelnburg in regem eligitur anno domini M.CCC.viii. Et ascendens renum spiram venit et cum
accessit Eb. comes de wirtenberg cum ceteris in magna supplicacione de multa tyrannide
in homines imperii commissa cum non concordaret a rege indignatus recessit / propter quem idem comes
postea per mandatum regis adeo est destitutus / quod vix tres ex omnibus suis municionibus remanserit /